

*stis pietatem, quæ vos colui, dum ab ore VESTRO penderem,  
adsiduus VOBIS, per plurimos annos, in omni fere et iuris et  
philosophiae arte discipulus, quaque et absens vos profe-  
quor, et amplexurus ero, dum anima spirabo mea. Sed  
huius pietatis ac studii probe scitis, eam esse vim atque na-  
turam, ut nec perfecta ea, nec plene absoluta, sed aliqua  
ex parte quasi manca videatur, nisi eam publice declaran-  
di detur occasio. Quam quidem iam datam mibi atque con-  
cessam, et oblatam adeo a generosissimo defensore, si præ-  
termissurus eram, nullam plane, nec hanc quidem, hu-  
ius rei habuisse excusationem, quod multum hoc genus  
scribendi habeat inuidiae, quia soleant, qui eo vtantur,  
saepissime id agere, ut aut propriis commodis inseruant,  
aut adulandi studio indulgeant. Neutram enim harum ad-  
cussionum, quas turpissimas mibi habeo, in me cadere,  
etiam si nemo sciret, VOBIS certe plene persuasum est et indu-  
bitatum. Cui enim potius, quam VOBIS, VIRI CLARISSI-  
MI, dedicarem haec, quae de sequestrationis definitione,  
curatius, quam vulgo fieri solet, formanda hisce pagellis  
disputavi, qui IPSI mibi de hac re ulterius cogitandi, non  
tantum autores fuistis, quum baurirem ex VESTRO ore iu-  
ris nostri ciuilis scientiam, sed qui IPSI quoque hanc, quam  
ingressus sum, viam mibi monstrasti? Quare vo-*

BIS